

Guttatus color, Lege, Color varius.
Guttur, siue facies, cartilagine constant, per
quas spiramus: uocemq; iuuant.

G Y G

Gygarthus, lectus est in quo paralytici, mē
teq; capti, quiq; uocantur daemōiaci, uin-
cti iactant sese. Vnde prouerbum γύγαρ
θου φύσος, id est, Gygarthum spiras, in in-
fana, frustra; uociferatiōe. Paul. lib. 3. c. 14.
Gyges, aggregatio omnium sphondylium.
Gygenij, apud Strabonem equi pumili, id-
em quod Gumi.

G Y L

γυλιάνχενασ, uocant homines prætenues,
& colli oblongioris.

G Y M

Gymnasium, locus est in publica aliqua re-
gione urbis extructus: quo ungēdi, frican-
di, luctandi, discum iactandi, aut tale quip-
piam facturi confluunt. Gal. lib. de san. t.

G Y N

Gynecanthe, Vitis alba, apud Dioscoridē
libro, 4. capite, 195.

γυναικομάσοι, uocantur apud Paulum lib.
sexto, cap. 46. quibus in morem mutonis
mamme in modice turgescunt ac crescunt.
Gynæcomaston, est superexcrementia pin-
guedinis præter naturam mammillis sub-
iectæ ut plurimum.

G Y P

Gypsum, uel Gypsos, plura habet genera,
de quibus uide Dioscor. lib. 5. cap. 125.

Gypsum coctū, Speckkalck, Gyps, Idem
Gypsum fossile.

Gypsi iuuamenta, require apud Dioscori-
dem lib. 5. cap. 24.

G Y R

Gyrolfalcon, a uolandi modo sic appellatus,
quod prædam circumagat.

γύρυσ, id est, pollen.

H A B

HAbitus, est spiritus continens, cō-
prehendensq; particulas.

Habilla, Lege, Lupulus.

Habiola, Lege, Lupulus.

H A D

Hadrosphocron, spice maioris species.

H A L

Halcedo, eadem quæ & alio nomine uoca-
ta Aristoteli Halcyon,

Halcyones, aues paulo ampliores passere,
colore cyaneo, tatum purpureis admixtis

pennis & candidis: nidificant in mari, Plī-
nius lib. 10. cap. 32.

Halecem fœminini generis apud Catonē,
minuti & uilis piscis genus putamus esse.
Quanquā alibi ex intestinis piscium fecem
legamus, quæ ganææ olim materiam quo-
q; præbuit.

Hales achne, Spuma salis apud Dioscoridē
libro quinto, cap. 118.

Hale, uel græce ἄλη, latine anxitudo, uel pā-
diculatio. Quidam etiā Halycem uocant.
Ea uero est, eum quis toto corpore exten-
ditur. Inter sanos Halycem uocamus, cū
præsentia subinde stomachantur, egregiè fe-
rimus, & ab actione una & negotio ad ne-
gocium diuagamur.

Halicacabos, Anagallis. Item herba alia cui-
us meminit in primo lib. Dioscorides.

Halicacabus, Vescicaria, Solanū, apud Di-
oscoridem lib. 4. cap. 75.

Halycen nominat in aphorif. Hippocrates,
quam multi Græci ἄλη, ἢ ἄλυκῆ dicunt.

Halieuticon, est commentatio de piscibus:
qualis Opiani extat.

Halimum alij δαμασώνιον, alij ἔυριμον, alij
βρεθάνιον, alij ῥάβδιον, alij βασίλειον, pro-
pheta ἔρμου βάσιμ, alij ὀσίριδος διάδη-
μα, alij ἡλυσέφανον, alij ἱερὸν καυλόν, Py-
thagoras ἀνθήνορον, Aegyptij ἔσοντερι.

Romani Albucum uocant. Frutex sepiem
do aptus, Rhamno similis, sine spinis, fo-
lio duro, sed latioribus: nascitur in sepibus

& maritimis. Halimon, inquit Plinius lib.
22. cap. 22, quidam Aureonem uocant: lo-

cis salis nascitur, falsilaginemq; præfert: cō-
uoluitq; se ut hederæ. Sit hæc, an alius quo-

q; Albucus, & apud Hesiodum Asphode-
lus, in eo opere cui titulum fecit, Opera &

dieta, Hermolao quoq; Barbaro non ad-
modum constat: nisi quod modo cum aspi-

ratione, modo sine aspiratione apud uete-
res legitur. Almytis dicta ab Aecio. Et de

Asphodelo etiam alias, & Albuco. Memi-
nerunt pluribus Halimi huius Dioscor. li-

bro primo, Theophrastus lib. quarto, et li-
bro quinto de Causis. Paulus lib. 1.

Halimon, sic uocant oleū amygdalarū, græ-
ce ἄλινον ἔλαιον.

Haliphlocos, Lege, Quercus.

Halitus obseruare septentrionales. Plinius.
Qui mares concipi uelit, in Aquilonē pas-

cito, ut sic in eundem ineant: qui fœminas

H A

concipi uelint, in Austrum spectantes inire cogito. Tradunt omnes ferme scriptores id fieri, sed cur fiat minime causas explicant. Video itaque facturum precium operæ, si ea que apud Albert. Mag. rerum nature consultiſſimum, legi, conducētia ad hanc rem, hoc in loco explicauero: qui in lib. de Animalib. tradit, Ideo flante aquilone concipi mares, quod is uentus calorem naturalem intus cohibeat: atque ita corpora fiunt ualentiora, firmitioraque, & ipsum semen siue sperma meliorescit. Contra, flante Austro corpora fatiscunt, & resoluta calore fiunt imbecilla: unde foemine tunc facilius concipiuntur: qui foetus est que masculus longe imbecillior, molliorque. Colum. lib. 7. cap. 3.

Halica fit ex zea, qua δίκωκκου uocant, hoc modo. Tunditur zea: tusa, in calidam conijcitur aqua, statimque exprimitur: mox tustum in tenuissimum pollinem album, ei gypsum exigua quantitate additur, adspersaque itidem sale, sal ardentissimo canis æstu, ne aceſcat, insolatur: & cum insolata fuerit, cribratur, & seruatur. Plinius lib. 8. ca. 11. rem Romauam uocat, que Pompeij ætate nondum in usu fuerit. Theodorus pro Chondro uertit, repugnante tamē Paulo: qui differre natura existimat, & similem quidem esse, sed uentrem tamē magis suppressere.

Halice, anxietudo, idem.

Halitiosa uocantur, quecumque per cutem foras effluere sunt apta.

ἄλιζωσις, genus herbe marine,

Hallecula, pisciculi nomen est, diminutiuum hallecis: que sex est murie imperfecta, nec colata. Columella lib. 6. cap. 8.

Halmades, dicuntur oliuæ quæ muria seruantur: etiam si Græci quidam confundere nomina. Vide, Colymbades.

Halme, id est Muria, apud Dioscoridē lib. quinto, capite. 119.

Halme, Lege, Garum,

Halmyris, Brassicæ marine cauliculus, Sic dictus, quæ in maritimis precipue prouenit.

Halos anthos quid sit, uide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 129.

Halo, onis, externo uino ianguens: quæ græci ἑωλον uocant.

Halos, ἄχια, Lege, Garum.

H A M

Hamonium, color tendens in subruffum.

Hamos, Harena.

H A

H A R

Harmala, sic inquit Aecius, quidam Rute semen uocarunt, serm. 8. cap. 47.

Harmonia, pharmacum apud Aecium sermone. 8. cap. 55. leuans dolorem, & simul oris uocem instaurans.

Harmocrates Medicus quidam fuit tantæ ignauitæ & inscitie, ut non modo arte sua, quam non probe callebat, multos perimeret, uerum etiam per somnium conspectus, uelut basiliscus interficiebat, a quibus cernebatur, autor Martialis Epigram. lib. 6.

Lotus nobiscum est, hylaris cœnauit, & idem Inuentus mane est mortuus Andragoras.

Tā subite mortis causam Faustine requiris? In somnis medicum uiderat Harmocratē.

Haormia, Lege, ἀγάλλοχου.

Harpe, ex flaua bile humor, late corripens totum corpus, ut nomen indicat.

Harmus, spacium dentibus interlocatum.

Harundo, græce κάλαμος. In Harundinum genere quædam vasos uocatur, ex qua sagittæ factitari solent. Alia foemina, qua tibiarum ligulas efficiunt. Alia, quod fistulis addicta sit, συριγγίας, cui multum inest carnis, crebris cincta geniculis, ἐς βιβλιογραφίαν ἐπιτίθειθ. Alia crassa, concaua, apud amnes nascens, que a quibusdam Cypria, ab alijs Donax appellatur. Alia φραγμίτης, id est, phragmites, seu uallatoria, gracilis, candicans, uulgo cognita. Plinius & Theophrastus addunt Characiam, Tibialem, Gnidiam, Toxicam, id est, sagittariam, Scriptoriam, & id genus alias. De quibus omnibus lege Dioscoridem libro primo. Plinium lib. 16. cap. 36. lib. 24. ca. 11. lib. 17. cap. 20. & 28. Theophrast. lib. 4. ca. 21. & in Corollarijs suis Hermolaum Barbarum Coroll. super harundinem.

Harundinum ferax est Thermitanus lacus. Solinus cap. 11.

H A S

Hastula regia, Asphodelus. Vide Dioscor. lib. 2. cap. 187. Plin. lib. 21. cap. 17.

H E B

Hebenotrichon, Capillus ueneris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 137.

H E C

Hecathēi emplastrum. Vide Celsum lib. 5. capite. 19.

Hectica febris, que iam facta est, queque egre discutitur, Gal. 8. Method.

Hectici, & febris Hectica, non a consuetudine, ut imperiti credunt, & ob id Ethicā barbare pronunciant, sed ab habitu nominata est. Hæc non in humore tantū, atq; spiritu, sed in ipsis plane coit & inolefcit ossibus. Hecticam habent dispositionem, quæ cuiusq; tenacitet herent,

H E D

Hedera Bacchica, ea quæ & Nysia, uel Hedera poetica.

Hedera Cilicia quæ sit, lege apud Barbarū in Coroll. Smilacis, lib. 4.

Hedera Ladone, id est, Cisthos quædam, e qua Hedera.

Hedera Nysia, qua olim poetæ coronabantur, folijs minus nigris.

Hedera Thracia quæ sit, uide apud Barbarū in Corollario suo.

Hederarū genera multa alia, uide apud Pliniū lib. 16. cap. 34. lib. 24. cap. 10. Theophr. lib. 6. cap. 2. Dioscor. lib. 2. cap. 199.

Hederacula, id est, κίσαρον.

Hederago, id est, κίσαρον, Lege, κίσαρον.

Hederalis herba, Ruta, apud Dioscoridem libro tertio, cap. 51.

Hedemias, Coniza apud Dioscoridem lib. tertio, cap. 135.

Hedysarum, semen Pelicianū secundū Aecium serm. 12. cap. 44.

ἡδύποτον, quod suauē est ad potandum: epitheton uini. Odyss. β. τίθει οἶνον πικρῶν ἡδύποτον.

ἡδύχρον, unguentum quod in Co insula fieri solebat.

H E G

Hegeteria, fici pomum, ab Atheniēsis sic uocatum, quasi ante alias fruges inuentū: etiam quibusdam festis præferri pompæ solitum in offis, autor Athenæus.

H E L

Helbunion, Dictamnium, apud Dioscoridē lib. 3. capite. 35.

Helenium folia habet Verbasci, angustioris folij, asperiora, oblonga: caulē quibusdā in locis non emittit: radicē subalbidā, interdū subruffam, odoratam, acrem, uegetam, magnam: ex qua agnatę appendices liliorum aut ari modo feruntur. Montibus in umbrosis, siccoq; prouenit. Dioscor. lib. 1. Plinius lib. 21. cap. 10. & 21. Helenium e lachrymis Heleni dicitur natū, & ideo in Helenę insula laudatissimū, Est autē frutex humi se

spargens, dodrantalib. ramulis, folio simili serpillio. Est & alterū Helenium, quod in Aegypto gigni Crateias tradit, herba cubitalibus ramulis, serpilli modo per humū repentib. folijs lenticulæ, sed longioribus, crebrisq; radice pallida, digiti minoris crassitudine, per ima tenui, superne crassa: cortice nigro. Nascitur in maritimis, collibusq;. Vocatur autem alio nomine Symphyton: alij Persicam, alij Medicam, alij Orestium, alij Nectarion, alij Cleoniā, alij Idem baton, aut Flomum uocant. Latini Terminalium, aut Enulam campanam, Aegyptij Lenon. An sit ea quam hodie officinæ exhibent latis folijs, radice admodū crassa & tortuosa, necdum persuasus sum ut credam: quando nihil eorum uideo respondere cum Dioscor. quæ in nostrate cernuntur. Quid igitur sit uerum Heleniū, deniq; quæ radix illa pinguiuscula & crassior, quam hodie demonstrant, nedū alijs diuinandum relinquo, sed scrutari etiā mecum obsecro, & hortor. De Symphyto plane uerum est quod inquit Dioscor. a cuius folijs & caule admodū diuersa est Enula officinarum, si cætera tantopere responderent. Probatum etiam mihi quod M. Verg. testatur, aliam quandam, magisq; genuinam se habere enulā, prorsus ea figura, quali hodie ab herbarijs prædicatur: caule scilicet crasso, hirsuto, cubitali, & aliquando maiori, anguloso, & luteis floribus.

Heliacōn, cyphi confectio uina præstans.

Heliophyton, Smilax Dioscor. lib. 4. c. 145.

Heliopos, Heliotropium magnū, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 203.

Heliofacte, Ebulus, apud Dioscoridem lib. quarto, cap. 185.

Helioscopius, Tithymalus, apud Dioscoridem lib. 4. caq. 158.

Heliotropium magnū, herba Solaris, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 203.

Heliotropium paruum, apud Dioscoridem libro quarto, cap. 204.

Heliotropiorum diuersa & genera & nomina designauimus, idq; ex scriptoribus longe probatissimis, in Herb. nostri tomo. 2.

ἡλιωσίον, torrefactio in sole. Vitur ea cura Aurelianus lib. 1. de capitis dolore.

Helitis, Squamę æris genus electissimum, apud Dioscor. lib. 5. cap. 80.

Helcysma, scoria argenti.

Helix, apud Arcades tertium genus falicis
 coactę breuitatis, & naturę spontaneę.
 Helix, Hederę terria species, uide Dioscori
 dem libro secundo, cap. 199.
 Hellops, idem qui & Accipenser.
 Helminthobotane, Abrotonon; sic dictum
 a uermibus, quia semen eius uermes peri-
 mat. Barbarus in Coroll.
 ἑλοκάνσος, id est, insolaris, in sole tostus.
 Heluenaci generis in uitibus heluenacę: cu
 ius duo sunt genera, maius, & minus; et est
 in fertilitate princeps.
 Helui, uel Albi, est enim color Heluus, siue
 Heluolus inter purpureum & nigrū. Vn-
 de uue heluolę nomē acceperūt, quę a qui
 busdam appellatę sunt Variarę, a colore se
 pius uariatę. Grammatici Heluum colorem
 appellari dicunt, medium inter ruffum &
 album; qualis est color boum. M. Tullius
 hinc uidetur heluolas herbas scito epithe-
 to nuncupasse, cū ait, Heluolas herbas ita
 condiunt, ut nihil possit esse suauius. Colu-
 mella libro tertio, cap. 21.
 Heluus color, Lege, Ruffus.
 Heluros, id est, βούφθαλμος, Lege, Buph-
 thalmus.
 Helxine, apud Dioscor. lib. 4. cap. 42.
 Helymos, gręcis quibusdam Panicum,

H E M

ἄιμα, sanguis.
 ἄιμα σχυνός, sanguis anseris,
 ἄιμα ἐρίφου, sanguis agni.
 ἄιμα νήσος, sanguis hędi.
 ἄιμα περισέρας, sanguis columbę.
 ἄιμα φάσσης, sanguis palumbi.
 ἄιμα τρυγόνου, sanguis turturis.
 ἄιμα τράγου, sanguis hyrci.
 ἄιμα αἰγός, sanguis caprę,
 ἄιμα λαγώου, sanguis leporis.
 ἄιμα χερσαίας χελώνος, sanguis testudinis
 terrestris.
 ἄιμα θαλασσίας χελώνος, sanguis marinę
 testudinis.
 ἄιμα ταύρου, sanguis tauri.
 ἄιμα τῶν χλωρῶν βατράχων, sanguis rana-
 rum uiridium.
 ἄιμυλωπίς, concrementum sanguinis,
 ἄιμα ἰδέως, ibis sanguis. Sic dictus est Ag-
 nus castus, uel uitex; a rubore uirgarum.
 ἄιμα ἠρακλῆος, sanguis Herculis, i. crocus.
 ἄιμασια, id est, sentibus consitus seps, apud
 Theocritum Idyllio, α.

ἄιματίτησ, lapidis nomen, a sanguinis colo-
 re: uel ab uirtute & effectu, uidelicet q̄ san-
 guinem sistit. Plin. lib. 36. cap. 70.
 ἄιματοσ ἀναγώγαι, sanguinis excretiones,
 fluxus, & reiectio.
 ἄιμωδία ἢ ἄιμωδίασμός, ἀπὸ τῆς ἀμωθεῖᾶς
 id est, stupesco dentib. malum quod ex aci-
 dis, acerbisq; ciborum succis contrahitur:
 quibus aliquando dentes adeo torpent, ut
 sine dolore cōmanducare aliquid, et attere
 nequeant. Inde ἄιμωδίασμός uerbū Gręci
 fecerunt, quo non solum in torpentibus a-
 cremento ciborum dentibus utuntur, sed
 cum uidentibus, audientibusue ingratum
 sensibus his, qualis ferrę stridor est, non
 dissimili torpore dentes in ore afficiuntur.
 Huic dentiū malo in primis medetur por-
 tulaca, ut inquit Dioscorides.
 ἄιμορρογία, copiosi sanguinis effusio. Dif-
 fertq; ab Hęmorroide, quod Hęmorrho-
 gia copiosi, & cum impetu sanguinis eru-
 ptio est, Hęmorrhois uero paulatim, &
 per interualla stillicidię.
 ἄιμορροός, serpentis nomē apud Nicandru.
 ἄιματοπότης, cyn blurot sauff, draconis epi-
 theton.
 Hęmagogon, Pęonia, apud Dioscoridem
 lib. 3. cap. 158.
 De Hęmantopode, uide Plinium libro. 10.
 capite. 47.
 Hęmatites, reperitur in metallis. Iuuamen-
 ta eius lege apud Dioscor. libro. 5. cap. 135.
 Plinium lib. 36. cap. 20.
 Hęmatodes, id quod Hyposphagma. Le-
 ge, Hyposphagmam.
 ἄιμαλόπα, spinalanguinea.
 Hemeris. Lege, Quercus.
 Hemerocalles, Liliū syluestre, apud Dio-
 scoridem lib. 3. cap. 138.
 Hemerocatalacton, Liliū syluestre, apud
 Dioscor. lib. 3. cap. 138.
 Hemina. Vide, Cotyledon.
 Heminaę Italicę, ubi mentio fit apud Gale-
 num in compositionibus, semper intellige
 libram Italicam. Sic enim ipsemet inter-
 pretatur Galen. de Sanitate tuenda lib. 4.
 Hemionitis, describitur in Dioscor. lib. 3.
 capite. 153.
 Hemionos, Mandragora magice, apud Di-
 oscor. lib. 4. cap. 79.
 Hemionium, Aspleniū, apud Dioscoridem
 lib. 3. cap. 152.

Hemitonion, Lege, Tonus.
 Hemitriteos, Lege, Febris.
 ἡμικρανία, ἀπὸ τῶ ἡμι, καὶ τὸ κρᾶνισμ, dolor uidelicet medijs capitis.
 Hemineron, falsamenti genus piscicij: sed e Coracino. Dicitur & Peltis, & Saperda Coracinus, & ab alijs Aeolias, Meotide stagno commendatissimus. Quantq̄ alius piscis est Aelias Epicharmo.
 ἡμιπλεξία, apoplexia dimidiata.
 Hemiplagia, ea quæ & dimidiata apoplexia, apud Paulum lib. 3. cap. 18.
 ἡμισώματα, id est, semicorpora.
 ἡμιτριταίος, febris tertiana, & accedens ad quotidianam: quod citius recurat quam tertiana. Serenus. Mortiferum magis est quod Græcis Hemitritæum Vulgatur uerbis, hoc nostra dicere lingua Non potuere illi (puto, nec uoluere) parentes.
 Hemitarichon, falsamenti genus, aliud ab Omotarycho.
 Hæmodia, dentium stupor.
 Hæmophobi, Medici sanguinem emittere timidi, Galen. 9. Therapeut.
 Hæmora, Buphthalmus, apud Dioscoridē lib. 3. cap. 157.
 Hemorobios, ex tenui membrana uolucris quadrupes, in Hispani ponti fluuio, nec ultra diem uiuit, Plin. lib. 11. cap. 36.
 Hæmorrhagia, est sanguinis abundantis effusio, per effluxionem quidem magne eiusdem excretionis, per emissionem & eiaculationem in angustum cōtingens. Differt aut Hæmorrhagia ab Hemorrhoidē. Hæmorrhagia est sanguinis abundantis effusio, ut dixi: Hemorrhoids per resultū & redundantiam, & per eruptionē, atq̄ sanguinis exiliter fluētis copiam. Modi Hæmorrhagię duo sunt. Vnus per resultū & redundantiam: Alter per erosionem, aut exesionem uasorum & instrumentorū quę in nobis sunt. Arteriarū aut magis q̄ uenarum, & eorū quę sunt in profundo magis, quā quę in superficie, & quę sunt in locis uicina, qui fluxus sanguinis patiūtur, quibusq̄ difficulter sistitur, temporales, musculi, minynges, palatū, uua, collum, axilla, inguina, quæ βελώνες græce dicuntur, & alia id generis, Galenus de Definit.
 Hæmorrhoides cæcæ, ex quibus nullus fluit sanguis, sed grauiore quam aliæ dolore excruciant. Vide, Cæcę Hæmorrhoides.

Hæmorrhoidarū quoq̄ differētię sunt quinque. Aut em̄ magnitudine differūt: quod in quibusdam plures & abundantiores, in quibusdam uero pauciores sunt. Differūt etiam figura. Nonnullæ enim angustam basim habent, aliæ uero latam. Differunt etiam loco: quando hæ in ano fiunt, alię in fibula. Differunt dispositione: quando he quidē mansuetæ & mites, illę malignę & graues existant. Galen. de Definit.
 Hæmorrhoids, est eneruatio uasorum, quæ sedem ambiunt, aut protegunt. Diciturq̄ ἀπὸ τῶ αἵμα, id est, sanguis: & ῥέω, id est, fluo, quod in eo morbo sanguis fluat.
 Hæmorrhoids inter uiperarum genera, in petrosi recessibus cōmoratur, colore sanguineo, partim nigro. Iuhorrent capiti, ueluti similia cornua: tacite, pigre q̄ serpit, obliquo semper itinere. Ictos, sanguinis excretionē per omnia membra euacuatos perimit. Aelianus.
 Hæmostaris, Nerion, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 85.
 H E P
 Hepatarius, qui ex hepate laborat.
 Hepatici nominantur, quos ob iocinoris imbecillitatem morbus infestat, etiā si nulla adfuerit phlegmone. Dolor diuturnus iecur obsidet, cum extensione, & duricie, & corporis decoloratione. In febricitatibus exurgit febris, & lingua eis exiccatur. De ea affectiōne uide apud Galenum de Symptomatum canssis lib. 3.
 Hepatici, inquit Aecius, tunc uocantur, q̄n̄ circa debilitatem, aut scirtum, circa hepar, propter solam debilitatem, sanguinis effusio contingit, lib. 10. cap. 1.
 Hepatitis, Volucrum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 13.
 Hepatitis, Eupatorium. Idem ibidem.
 Hepatorium, idem quod Eupatoriū, apud Dioscor. lib. 4. cap. 42.
 ἑπᾶπλευροϋ, uel Septineruia, Plantago, a costarum sic appellata numero.
 Hepar, notæ significantiæ. Haberi & piscē Barbarus affirmat in Corol. eius nominis, qui a iecore dicatur, et Hepar, et Hepatus, qui felle careat, in capite lapillos duos, ostrei colore, & rhombi forma habēs. Hūc Phagro, & Rubellioni similem facit Speusippus. Archestrato Lebias uocatur. Inter saxatiles a Diocle ponitur. Color ei niger

ab Aristotele tribuitur, oculi maiores quā pro corpore, cor triāgulum atq; candidū.

ἥπαρ αἰγός, hepar capræ.

ἥπαρ κυνός λιοσώντος, hepar canis rabiosi.

ἥπαρ ὄνειου, hepar asininū. Iuuamenta eius uide apud Dioscor. lib. 2.

Hephesta. Lege, Emplastrum magus.

ἥπιαλος, lenta ac phlegmatica febris, ex genere pituitosarum, & quotidianarum. Sic uocata, quasi ἥπιως ἀλεινείη, id est, leniter cadere.

H E R

Heracleon, Abrotonon. Diosc. lib. 3. ca. 27.

Heracleon, Achilleū, apud Dio. lib. 4. c. 39.

Heracleon, Chamelea, Diosc. lib. 4. ca. 182.

Heraclea, Helxine, apud Diosc. li. 4. ca. 42.

Heraclea, Lythospermen. Diosc. li. 3. c. 159.

Heracleon, Nymphaea. Diosc. lib. 3. ca. 149.

Heraclea, Polygonum. Diosc. lib. 4. cap. 5.

Heraclea, Siderites. Diosc. lib. 4. cap. 36.

Heracleotici, Cancrorum genus. Plinius libro. 9. cap. 31.

Heraclides Tarentinus, empiricus. Scripsit librum, cui titulum fecit ἀπὸ δὲ, ut inquit Galenus de locis Affectis lib. 6. cap. 5. Dioscor. in præfatione.

Heraclidis cuiusdam, & alterius Hierophilii, nomina utriusq; cōiungit Strabo lib. 14. ut diuersi fuisse uideri possint. Ex Erythrii quit, ciuitate etate nostra fuit Heraclides, Hierophilus medicus, Apolloniū condiscipulus, eius qui Mus est cognominatus. Sed & libro. 12. Prusiensem quendam facit Asclepiadem, Bithyniensem. Vnde suspicor, plures eius nominis fuisse.

Heraclius lapis, id est, Magnes, sic dictus, ut cōtendunt, ab Heraclea ciuitate Lydiæ: siue ut alijs placet, Magnesiæ, ubi laudatissimus gignitur. Videtur id Lucretius uoluisse, cum canit. Quem Magneta uocant, patrio de nomine Graij, Magnetum, quia sit patrijs in montibus ortus. Quancq; Plinio placet, ab inuentore armentario inditum nomen.

Heracleum quid sit, require in cōmentarijs Leonici: & inibi de eo prolixam disputationem, & in Herbarij nostri tomo. 2.

Heras, Frontini Medicus, citatur ab Aecio serm. 12. cap. 5.

Herba, quod ab radice foliatum, sine caudice prouenit, semencq; cauli fert, ut frumenta, atq; olera.

Herba Apollinaris, id est, Hyoscyamus. Vocatur & μετώπιον patrio noīe Aegyptium quoddam unguentum, propter galbani mixtionem. Nam lignum in quo galbanum nascitur, Metopion quoq; uocant, describit hoc unguentū Diosc. lib. 1. ca. 70.

Herba fortis, Absinthium.

Herba sancti Ioannis. Vide, Perforata.

Herba Mercurij, Mercurialis, apud Diosc. lib. 4. cap. 201.

Herba Nerualis, græce, πολινεύρος, fortasse Arnoglosson. Vtitur ea Scribon. Largus.

Herba Pedicularis, Staphisagria.

Herba Regia, Artemisia, apud Dioscoridē lib. 3. cap. 125.

Herba Rutinalis, Sphondylion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 88.

Herba Stataria, id est, Peucedanum.

Herba Stellaris, græce ἀστὴριον, figura stellæ similis, noctu lucens, quam Medici tradunt qualitatem habere Rosæ, uimq; contra morbos genitalium, eamq; mirabilem.

Herba insana, id est, Hyoscyamus: sic enim Serenus hāc appellat. Et quæ uulgari sermone Insana uocatur, Græcus Hyoscyamus, propria scit dicere lingua.

Herba fullonum. Lege, Struthium.

Herba Leonina, Orobanche. Lege quid sit Orobanche, uel Erui angina.

Herba Ouilla, Plantago.

Herba Presbyteri. Lege, Gerontopogon.

Herba Saponaria. Lege, Struthium.

Herba Veneris, Satyrium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 145.

Herba Venerea. Multas herbas in Dioscoridē ueniunt hoc nomine: metaphora tracta aut ab amore, aut uoluptate, aut dea ipsa Venere. Sic Sisymbrium quoq; Dioscorides uocat.

Herba Viperina, id est, Echion. Lege Dioscor. & Nicandri Echion.

Herba Vrceolaris quæ sit, ignoro. Vtitur ea Scribonius ad dolorem aurium, & tintinum eorum.

Herbicidē, olerum uermes, apud Palladiū.

Herbidus. Lege, Color uarius.

Herbigrada. Lege, Cochlea.

Herbulum, Erigeron, uel Senecion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 98.

Herbum, idem quod Eruum. Lege, Eruū.

Herculis genitura, Ruscus, uel Myrtus syluestris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

H E

Herculis sanguis, id est, Crocus. Tam multe apud Dioscoridem & Apuleium eius cognominis & herbae aliae.

Herculem fuisse triplici dentium ordine, Iouis. 12. proditum est argumentis.

Herculis farina, id est, Irion. Lege, Irion.

Hermaphroditae, qui utriusque sexus sunt, ex hominibus & animantibus. Est autem commixtio masculi & foeminei sexus atque figurae, cum in utroque genitalia disparia fuerint.

ἑρμαφροδίτου πάθος κατὰ σύνθεσιν ἀπὸ τε ἑρμῶ, καὶ ἀφροδίτης ὀνόμασαι, ut inquit Paulus, ualdeque utriusque sexui indecorum, libro. 6. cap. 69.

Hermionion, Aloe, apud Dioscor. lib. 3. ca. 24.

Hermubais, Magice Pteris, uel Filix, apud Dioscor. lib. 4. cap. 196.

Hermubotanon, Mercurialis, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 201.

Hermupoa, herba Mercurij, uel Mercurialis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 201.

Hermus Medicus, citatur ab Aecio sermone. 8. cap. 46.

Hernion, Eryngion, apud Dioscor. li. 3. ca. 23.

Hernia aquosa, graece ὑδροκοίλη, segnis quida ac hebes humor est in his partibus, quae scroto annectuntur, coeretis, tumoremque sensui euidentem efficiens. Causam eius, & curationem require apud Paulum lib. 6. capite. 62.

Heroides, uel Aeroides, ut legunt alij, quinta species Smaragdi, Plin. lib. 37. cap. 5.

Herodicus, tempore Asclepiadis summi nominis Medicus, citatur ab Aureliano.

Herodius, quae reuera uis sit, a scriptoribus dubitari uideo. Nam Ambrosius Sturnum interpretatur. Seruius Herodius putat esse, quas nos hodie aues nobis fingimus Diomedaeas. Theodorus, & quidam alij etiam Falicam significari autumant. Lege, φινίς.

Herodij, flumina incolunt et litora. Cernuntur in insula Diomedea: quia serui Diomedis dicuntur esse. Aelianus, Gaza, Aristoteles pro Ardeola interpretantur.

Herodotus, admodum nasutus quidem Medicus, qui praenimia patientia & philautia, seipsum in multis sefellit, ut. 3. lib. Simpl. differit contra ipsum Galenus.

Heres medicamen (si modo non est uitiatum locus apud Coelium Aurelianum) quod auriculis adhibebatur quondam.

Herpacantha, Acantha, Dioscor. lib. 3. cap. 8.

H E

Herophilus omnes ante sectas damnauit, in Musicos gradus uenarum pulsus discreto, per aetatum gradus. Deserta deinde & eius secta est, quoniam necesse erat in ea literas scire. Herbarum studiosus fuit maxime. Vnde & dictum ab eo ferunt, quasdam etiam calcatas prodesse. Galen. 2. Therapeuticae. Plin. lib. 29. cap. 1.

ἑρως, id est, corrodens.

ἑρπετα ἰδιόμενον, appellatur ulcus, quod celeriter serpendo, penetrandoque usque ad ossa corpus uorat. Id ulcus inaequale est, caeno simile, inestque multus humor, sicut cancro. Fit maxime in senibus, uel quorum corpora mali habitus sunt. Cels. li. 5. ca. 28.

ἑρπετοδίκτοι, a serpentibus morfi.

ἑρπύλλον ἀγρία. Lege, Serpillum.

ἑρπίλλος, Serpillum, De quo uide Dioscor. lib. 3. cap. 44.

Herpes, est ulcus ex abundantia bilis naturae, & pastinationem facit.

Herpigo, Lege, Impetigo.

H E S

Hesitantes uocantur, qui proloquendo syllabam syllabae prope coniungere non ualent.

H E T

Heteroclytinus. Lege, Numerus.

Heterocrania, quando in altera parte capitis dolor accidit, suntque intensiones, aliquando se remittit dolor.

H E X

Rustici Hexastichon. Vulgo dicitur Hexastichon, sex uersibus constans. Distichon duobus. Hic hordeum nominatur Hexastichon, quasi sex ordinum: sicut alterum genus Distichon duorum ordinum. Nam in hordeo spicae quaedam binos ordines habent, & id Distichon uocant: quaedam Senos, et hoc a numero ordinum Hexastichon appellatur. Columella lib. 2. cap. 9.

H I A

Hiacynthus, Delphinium, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 82.

H I B

Hiberidis, duabus herbis inditum nomen. Vni, quam Nasturcij folia habere scribit Dioscor. & Plinius lib. 25. Alteri, quae fruticosa, & lauri folio, id est, lepidio: de qua re uide Manardum lib. 9. epist. 3.

Hiberitis, id est, Iberis, uel καρδαμαντική. Lege, Iberis.

Hibiscus, id est, Altea, Sic Vergilius appel-

H I

Iauit. Viridi oues compellere hibisco.
Hibiscus, Malua, uel Althea, apud Diosc.
 lib. 3, cap. 164.
Hibridas ueteres uocant sues semiferas.
Hiberis, & agreste, & uere Nasturtium si-
 gnificat. Nā in utroq; utriusq; sub hoc no-
 mine meminit Dioscorides, id est, in pri-
 mo & secundo libro.
Hiatula, Lege, Chamæ.

H I E

Hiene collum & iuba cōtinuitate spine por-
 rigitur, flectiq; nisi circumactu totius cor-
 poris nequit. Multa præterea mira de hoc
 animali traduntur. Plin. lib. 8, cap. 30.

Hieracopodion, Lychnis agria, apud Dio-
 scoridem lib. 3, cap. 114.

Hieracia parua, Hieraciæ species secunda,
 apud Diosc. lib. 3, cap. 70.

Hieracia, Lactucarum generis, dicta ex eo,
 quod accipitres scalpendo eam, & oculis
 succo tinctis, obscuritatē cū sensere discu-
 tiunt. Describitur ab Diosc. lib. 3, cap. 70.

Hieranofos, morbus sacer, propter admira-
 tionem, ut inquit Cleomenes, quod nihil
 habeat simile cum alijs morbis: curaturq;
 exercitationibus, uel incantationibus. Ae-
 lianus uero dicit ob Herculem, qui ea tene-
 batur, sacrum uocari.

Hierobryncas, Geranij genus aliud, apud
 Dioscor. lib. 3, cap. 130.

Hieromyrtos, Ruscus. Dio. lib. 4, cap. 147.

Hieratica charta appellabatur antiquitus re-
 ligiosis tantum uoluminibus dicata: quæ
 ab adulatione Augusti nomen accepit.
 Plin. lib. 13, cap. 11.

Hiera, cōmune confectionis nomen, ut ap-
 paret ex Auicenna & Galeno, apud quos
 legitur, Hiera Ruffini, Hiera Cōstantini.

Hiera Galeni Picra, id est, amara, inepte pi-
 gra, ut legunt Barbari.

Hiero Colocynthidos, confectio ex Colo-
 cynthide.

Hieræ omnes dictæ sunt a iuramentis, &
 ualore. Extant earum diuersæ compositio-
 nes, quæ ab autoribus fere nomina traxe-
 runt, scilicet, Hiera Ruffini, Galeni, Her-
 metis, Cōstantini, Abbatis, Hieralogo-
 dion, &c.

Hieris, id est, Consecratrix, atq; si Vergilio
 credimus, pro Consecratrice Hieris legen-
 dum est, apud Dioscoridem libro primo
 in Iride Illyrica.

H I

H I G

Higia græca, id est, Saluatrice græca, ut in-
 quit Nicolaus, ex Græcis scriptoribus ori-
 ginem habens.

Higra, radix Piperis, Costo similis gustu.

H I L

Hilam, siue Hiram, Varro uocauit Ieiunū
 intestinum: ab Hilo, hoc est, minimo. Sic
 enim uocatur quod grano fabæ adhæret.

Hilla, Lege, Hira, Quibusdam est intestinū
 ieiunum.

Hilum, macula illa nigra, quæ in summa faba
 cernitur, cui in prouerbio, ut inquit Barb.
 respondet, apud Græcos γῆν, etiamsi ali-
 ud significat, hoc est, unguium sordecular.

H I N

Hinna, Lege, Inulum.

Hinnulus, & Hinnus, Lege, Innulum.

Hinus, id est, paruus mulus.

H I P

ἵππᾶκη, caseus equinus. Nec desunt qui co-
 agulum equinum uelint: græce τὴν ἵπ-
 πειοῦ πιτύαν.

Hippace differt ab Hippice: quia Hippace
 caseus atq; coagulū est: Hippice uero her-
 ba Scytica equestris, a Theodoro dicta.

Hippion, Hippophaes, apud Dioscoridem
 lib. 4, cap. 165.

Hippi, Lege, Pallustra.

Hippice, Lege, Hippace.

Hiplomachus Medicus, in quem iussit Mar-
 tialis libro octauo. Hiplomachus nūc es,
 fueras ophthalmicus olim, Fecisti medi-
 cus, quod facis Hiplomachus.

Hippocampus, marinum animal est, exigu-
 um, ut inquit Dioscorides lib. 2, & in locu-
 starū genere a ueteribus numeratur. Bre-
 uem, paruumq; hunc piscem Dioscorides
 ait esse, & nihilominus magnitudinis notā
 illi coniunctam. Quod enim Græci Hip-
 po, multis in natura adiūciūt, grande signi-
 ficat. Sed id sic intelligendum est, ut com-
 paratum id animal, olerum, aut arborum
 erucis grande sit: marinis uero beluis &
 piscibus, breue & paruum.

☞ **Laus Hippocratis & Galeni**, apud
 Gale. lib. de atra Bili, fol. 327.

Hippocrates Cous, Empedoclis, ut quidā
 crediderūt, discipulus, primus quidem ex
 omnibus memoria dignis, ab studio sapi-
 entia, disciplinā hanc separauit, uir & at-
 te, & facūdia insignis. Is, ut inquit Plinius,

cum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius Dei, qui auxiliatus fuisset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur: atq; iam templo concremato, instituisse Medicinā, quæ Clinice dicitur: nec fuisse post quæstus uilum neq; modū, neq; finem. Venientem etiam ab Illyrijs pestē prædixisse fertur, & discipulos ad auxiliandū misisse. Vnde & honores eos meruit, quos Herculi olim decreuerat Græcia. Tantum exarsit in perdiscenda arte, ut non puduerit retributa etiam delibare, & inde morbi naturam præsentiscere. Vnde & ab Aristophane σκοτοφάγος dictus, quanquam alij ad Aesculapium referunt eum locum. Summus pecuniarum contemptor fuit, suæ autem gentis amator maximus. Vnde cum per Epistolam eum ad se accersisset rex Artaxerxes, in hunc modum rescripsit Imperatori. Vectigalibus, ueste, domo, req; omni ad uitā degendam necessaria cumulate fruimur: mihiq; fas non est, Persarum opibus frui, nec barbaros homines a morbis liberare: cū Græcorum insensissimi hostes sint. Et iterum, Persarum rex nos ad se accersuit, nescius, apud me sapientiæ rationem plus ualere, quam quoduis aurum. Filios moriens duos reliquit, Thessalum, Draconemq; sed nulla in re patrē equantes. Nam ut incomptis moribus a comicis proscinduntur, dicti suem resipere. Proinde Aristophanes τοῖς ἰπποκράτους ἕσιν εἰς εἰς, ἢ σε καλῶσι βλιτομάμα, id est, Hippocratis filios exhibebis, teq; uocāt blitomamam, id est, fatuum. Extant hodie Artaxerxis Epistolæ ad eum, & eius quoq; ad Imperatorem. Doricus cum esset, ut inquit Aelianus, Ionice scripsit, propter Democritū, cui familiaris fuit. Amator Græciæ tantus extitit, ut nunquā ex ea exierit. Autores Suidas, & Aelianus. Obijt autē apud Laryssaes, cū Democritū audisset perijisse, annos natus nonaginta, uel ut alijs placet, octoginta quinque, siue ut alijs, centum et nouem. Statuā eius pileo adumbravit antiquitas: ut significaret, q̄ maxime eam partem corporis operiendam, in qua, tanq; in domicilio princeps animi resideret, & intelligendi pontificium positum esset. Hippocrates alij quinq; præter primum illum autorem Medicinæ, fuerūt, ut inquit

Suidas, omnes eiusdem artis, & familiæ, diuersis tamen temporibus. Sextum Atheniensem ducem, ponit in bello Peloponnesiaco Thucydides. Septimum Pisistrati tyranni patrem Herodotus lib. 5. Octauum Gelæ tyrannum lib. 6. Herodotus. Et Nonum hominem seditiosum, Lilius lib. 4. secundi Punici belli.

¶ De quodam Hippocrate apud Martialem lib. 9.

Santonica medicata dedit mihi pocula uirgo, Os hominis, mulsam me rogat Hippocrates, Tam stupidus nunquā ne tu puto Glauce fuisti, Chalcea donanti, Chrysea qui dederis. Dulce aliquod munus, promunere poscit amaro, Accipiat, sed si potat Helleboro. Fuerūt autem plures eius nominis, ut iam dictum.

¶ Testimonia Autorum de Hippocrate. SORANVS.

Medicinam quidem inuenit Apollo, amplificauit Aesculapius, perfecit Hippocrates: quem mihi hominis ducem, & iudicem omnium causarum & questionum oportet accipere, tanq; inuentorē omnium bonorum operum. Plinius lib. 30. cap. 1. Plenum miraculi & hoc, pariter utraq; artibus effloruisse, Medicinā dico, Magicenque, eadem ætate, illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacū bellū Græciæ, quod gestū est. 300. nostræ urbis anno. Rursum lib. 29. ca. 1. Nulla artium inconstantior fuit, quam sapius etiam immutari cōtigerit, cum sit fructuosior nulla. Dijs primum inuentores suos assignauit, & cœlo dicauit. Necnon & hodie multifariam ab oraculis Medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Aesculapium fabulata, quoniam Tyndaridem reuocasset ad uitam. Sequentia eius (mirum dictu) in nocte densissima latere, usq; ad Peloponnesiacū bellum, & tūc eam reuomuit in lucē Hippocrates genitus in insula Co, in primis clara & ualida, ac Aesculapio dicata, Idem libro uigesimo sexto, capite secūdo. Hippocratis, qui primus medendi præcepta clarissime condidit, referta herbarum mētionem inuenimus uolumina. Cornel. Celsus lib. 1. & principio. 6. Democriti discipulus, ut quidā crediderūt, Hippocrates Cous, primus ex omnib; memoria dignis,

ab studio sapientiæ Medicinam separauit, uir & arte, & facundia insignis. Galenus in libro quem inscripsit, quod Medicus sit Philosophus. Probabile est, ob malā educationem, qua nunc educantur homines, et ob diuitias antepositas uirtuti, iam neminem amplius existere, qualis fuit Phidias inter statuarios, uel Apelles inter pictores, uel Hippocrates inter medicos. Idem libro de morbis curandis. 2. Hippocrates primus omnium recta institit uia. Quæ cū a posteris absoluenda fuerat, nō modo nemo eorum absoluit, sed pleriq; etiam quæ probe fuerunt inuenta, corruerunt. Proxime autem, ut uiam quæ inchoata ab eo perciperent, absoluerentq; Aristoteles & Theophrastus accesserunt. Idem de Crisibus lib. 3. cap. 11. Ab eo incipiemus, qui nobis omnium fuit dux atq; autor disciplinarum. Idem de naturalibus Facultatibus lib. 1. Hippocrates quidem omnium, quos nouimus Medicorum, Philosophorumq; primus: ut qui primus naturæ opera norit, hanc semper tum admiratur, tum prædicat, quam & iustam prædicat, & solam animalib. sufficere ad omnia dicit, ipsamq; per se, sine Doctore, quæ opus sunt agere. Idem Commentariorum lib. 4. in Aphor. Hippocrates dignus admiratione, eorum inuentor, quæ a pluribus Medicis, ad hūc usq; diem fuere ignota. Macrobius in somnium Scipionis lib. 1. Hippocrates (inquit inter alia) qui tam fallere, quam falli nescit, in experimentis certus. Eusebius in Chronico. Democritus Abderites, Empedocles, & Hippocrates Medicus, Gorgias, Hippiasq; & Prodicus, Zeno, & Parmenides uixerunt, Anno mundi. 4760. Olympiade, 85.

Catalogus Librorum Hippocratis.

Iusurandū Hippocratis.	De natura Fœtus.
De Arte.	De Carne.
De Prisca Medicia.	De septemestri Partu.
De Medico.	De octomestri Partu.
De Probitate.	De Superfœtatiōe.
Hippocr. Præcepta.	De extraxione Fœtus.
Lex Hippocratis.	De dentitiōe. (tus.)
De natura hominis.	De Dissectione.
De Ratione uictus salubris.	De Corde.
De Semine.	De Glandibus.

De natura Ossium.
 De Fracturis.
 De Articulis.
 De Curādīs luxatis.
 De Fistulis.
 De Visu.
 De Decretis Atheniensium.
 De locis in homine.
 Aere, Aqua, Locis.
 De Insomnijs.
 De Alimento. Quē tamen esse Hippocratis Gale. negat.
 De usu Humidorū.
 De Humoribus.
 De Flatibus.
 De Morbis.
 De internarum partium
 Hippodes, usq; ad uestigium forma humana, pedes in equinos desinunt. Solinus capite. 25.
 Hippoglossion, Hippoglottos, Laurus Alexandrina, apud Dioscor. lib. 4. cap. 148.
 Hippolaphus, animal forma cerui & equi compositum, magnitudine fere similis ceruo, uillo tantum & barba hircina. Scribit ipsum gigni Aristoteles apud Aracotas: fortasse Tragelaphus: quod etiā Aelianus existimauit.
 Hippolapathum, olus est magnum, in paludibus nascens. Eiusdem habet uires, quas reliqua rumicis genera, fatiuro lapatho maius ac candidus est.
 Hippomanes, Capparis.
 Hippomanes, Apocynon apud Diosc. lib. 4. cap. 84.
 Hippomanes, amoris ueneficiū appellatū, in fronte eque caricę magnitudine, colore nigro nascitur, quod statim edito partu deuorat fœta, aut partum ad ubera nō admittit, si quis præreptum habeat. Plin. libro. 8. cap. 42. Est et herbe nomen Hippomanes Hesiodo.
 Hippomarathrū, a magnitudine sic appellatū, folijs maioribus, gustu acriore, crassitudine brachiali, radice candida. Dioscor. lib. 3. cap. 80.
 Hippophaes, nomen uidetur accepisse, quoniam forte accommodata sit equorum naturæ. Est apud Dioscoridem libro. 4. capite. 167.
 Eius definitę sententiæ.
 De Predictionibus.
 Cœcę predictiones & præcognitiones.
 De Medici munere.
 De Ulceribus.
 De Hemorrhoidib.
 Hippoc. Epistola.
 Epibōmios.
 Eius definitę sententiæ.
 De Predictionibus.
 Cœcę predictiones & præcognitiones.
 De Medici munere.
 De Ulceribus.
 De Hemorrhoidib.
 Hippoc. Epistola.
 Epibōmios.

Hippophanes, herba Gnaphalium apud Dioscor. lib. 3. cap. 131. & ibi in Corollario Barbari.

Hippophyes, idem quod Hippophaes apud Dioscor. lib. 4. cap. 165.

Hypopion, pus in oculi cornea. Auicenna uocat Ganion in siphac. Hali abbas Ganion post corneam.

Hippofelinon, satiuo Apio maius, & candidus, Dioscor. lib. 3. cap. 76. ab equis dictum, latine Equapium.

Hippopotamus, Nili belua, unguis bifidis quales bubus, dorso equi, & iuba & hinnituro: rostro refimo: cauda torta: dentibus aprorum aduncis, sed minus noxijs: tergoris ad scuta galeasq; impenetrabilis, præterquam si humore madeat. Plin. lib. 8. ca. 25. Lege. Equum fluuiatilem.

Hippotæmiosis, morbus equorum.

Hippuris, piscis. Plin. libro. 9. capite. 18.

Hippuris, Equisetum, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 49.

Hippus. Lege, Exulcerationis oculorum affectus.

H I E

ἕρεα σὺρινξ, sacra ab nostris fistula uertebra nota: at eas uertebrae seu nodos Græci Sphondylos uocant.

ἕρεία quid sit, require in dictione *μαντικὴν* appellant.

ἕρις, id est, iris.

ἕρομ ἀσδμ. Lege, ἕρια.

ἕροσ καυλός, sacer caulis, lege, Halimum.

ἕροσκοπία quid sit, uide in dictione *μαντικὴν* appellant.

ἕροσκοποι qui dicti sint, require ibidem.

H I R

Hira, uel Hilla, intestinum ieiunum.

Hircescere quid sit, uide in dictione Tragos.

Hircosi, olidi, & omnis nitoris expertes.

Hirculatio uitium quæ sit, require ex Theophrasto lib. 4. cap. 16.

Hircus alarum graueolentia et uirus, sic eñ Plinius appellare maluit.

Hirculus, græce *τράγος*. Ea uitari Nardū syncerum, Dioscor. tradit lib. 1. non grauitate odoris modo, uerum etiam similitudine eius animalis nomen accipit. Non uideo quæ sit, nisi nostratis regionis spicæ, uel Lauendulæ quoddam genus, Plinius libro. 12. capite. 12.

Hires, Gnaphalium apud Dioscor. lib. 3. ca. 131.

Hirundines ubi habitent, & de earum proprietatibus quædam apud Solinum ca. 15.

Hirundo auis, Plinius libro. 10. capite. 24.

Hirundo, piscis similis hirundini uolucris & uolatilis. Plin. lib. 9. cap. 26.

Hirudines, sanguisugæ.

H I S

Hispanus color. Lege, Pullus.

Hissopum, siue Hissopus, uulgaris noticiæ, de qua lege Dioscor. lib. 3. cap. 29.

H O L

Holcimos, hepatis dolor. sic enim Archigenes uocat. Dictus est autem sic, id est, tractorius, inferens, torpidus, atq; atrocius molestans. At uerbum istud, inquit Gale, de locis affect. lib. 21. Græcis inusitatum. Sunt qui eum hepatis dolorem interpretantur, cum uel induratum est, uel inflammatum. Vel, cum diuturno laborat morbo, uel cum mediocri afficitur dolore, uel ut alijs placeat, acri & uehementi. Deniq; dura hepatis dispositio uocatur Scirrhus, quod scribit Paulus Aegineta medicinæ lib. 3.

ὄλκος, id est, araneus.

Holmisti, dentium molarium concauitates.

Holmos. Vide, Thorax.

Holosteon, quadrantalis herba apud Dioscoridem lib. 4. cap. 13.

Holoturij pisces. Plin. libro. 9. capite. 47.

H O M

Homo, animal rationale, morti obnoxium, sensus, doctrinæq; capax. Gal. de Definit.

Homines quidam cur longæui, uide Solinum capite. 21.

Hominum ossa monstrosa & prægrandia, uide apud Solinum capite. 14.

Hominum quidam præter ætatem sunt iuuenes, alij præter habitum malis humoribus præditi, alij per tempus in æstate. Humor enim secundum Hippocr. semper ad constitutionem corporis conuenit.

Hominis proportio, & eius compositi ratio mathematica quæ sit, uide apud Vitruuium libro. 3. capite. 1.

Hominum primorum uictum, & instituta uitæ qualia fuerint, uide apud Vitru. lib. 2. ca. 1.

Homimeria uocantur, quæ similis naturæ sunt, totumq; similitum partium constituunt.

Homocentaurus, anteriora humano similis corpori, exteriora asino, colore albo, cursu uelocissimus. Captus, libertatis amore, ma uult inedia perire. Aelianus.

H O

Homogenia dicuntur, quæ sunt eiusdem generis. Gale. de temp.

Homonoëa, Argemone.

H O R

Hordeum marinum, Phœnix herba, apud Dioscor. lib. 4. cap. 46. Plin. lib. 22. ca. 15.

Horda, uacca prægnans.

Hordicalia ueteribus festa dicta sunt, quibus boues Hordæ imolabantur.

Hori. Lege, Pomi nomen.

Hornotinas plantas. Ab horno hornotinus fit, ut a prisco pristinus, autore Prisciano, & pro re annua, siue ipsius anni accipitur. Dixit Horatius. Si thure placaris, & horna frugelares. Cato Hornotinas nuce, uirides sunt. Colum. lib. de Arbo. cap. 30.

Horrei. Lege, Ponti nomen.

Horreum pensile, repositorium sublime, & editum, Plinius, & Varro probarunt suspensa & sublimia, hoc est, pensilia horrea. Consimiliter pensilis uua dicitur quæ suspendi solet ad perennitatē. Pensiles horti erant Thebis, Aegyptijs memorabiles. Sergius item habuit pensiles balneas. Columella lib. 12. cap. 49.

Horror, concussio est, ex prauis per cutem currentibus humoribus accidens. Gale. libro. 7. Aphorismo. 58.

Horrores, & tremores definit Hippocr. lib. de flatibus fol. 57.

In Hortensu lyra, id est, in areola & sulco horti. Hortensia appellant omnia quæ feruntur & nascuntur in hortis. Græco uocabulo dicuntur cepurica. Columella libro. 9. capite. 4.

Hortus est, siue in urbibus atq; oppidis, siue in uillis, ruricq; locus, in quo arbores & oleæ oriuntur. Horti plurali, arborum tantum dicuntur, ut Grammaticis placet. Quanquam & Adonidis horti uulgo celebrantur, in quibus & semina, & hortenses quædam herbarum proueniebant tantummodo.

Horybethron, Leontopetalon, apud Dioscor. libro. 3. capite. 109.

H O S

Hostiarum inspectatores qui dicti sint, require in dictione, *μαντικόν*, appellant.

H V G

Hugo Senen. uixit sub Eugenio quarto, cum Ferrariæ Concilio generali interfuisset, atq; inibi inuitatus ad coenam, cui Græci & Latini interfuerant peritissimi, magno animo

H V

rogauit, ut ænigmata proponerent, siue ex Platonis, siue ex Aristotelis dogmate: atq; omnibus sese inoffense, & intrepide responsurum.

H V M

Humentia membra in homine sunt, adeps, cerebrum, spinæ medulla, & *δ'ευσ* in mammis, ceterisque corporis partibus, glandule. Humidus pulsus. Lege, Pulsuū differentie. Humida uocantur, quæcunq; per uescicam facile excernuntur.

Humor appellatur (ut Plato, & Aristoteles aiunt) secundum gustus qualitatē, & unamquæ earum, quæ in nobis sunt qualitatium. Gale. in Definit.

Humor uitreus, a Praxagora uocatus phlegma, quod uitro fuso, tum colore, tum substantia simile est, atque omnino frigidissimus. Gale. de locis affectis lib. 2.

Humores sunt, ex quibus animal constituitur, quatuor: sanguis, pituita, bilis flaua, & atra. Hæc enim corporis elementa atq; principia Medici uocant. In sanguine siquidem calidum & humidum, & dulce collocant; in Pituita autem frigidum, & humidum, salum & uiscosum. Flaua autem bilis calida & sicca, acris & mordax est: Atra uero frigida & sicca, acuta & grauis. Pituita frigida est & humida, ad ciborum attractionem, & ad articulorum & membrorum motionem a natura constituta. Flaua bilis calida & sicca, et mordax, ad sustentationem stomachi data, & ad excretionem uentris. Atra bilis est frigidior q̄ flaua, & appositæ sanguini, ut findatur: ne quid crassum, aut densum, & digestu difficile fiat.

Humorum temperamenta & qualitates, Galenus de atra bile per tot.

Humor acidus, id est, melancholia.

Humores medicati, serosi & acres.

Humores perfricti, id est, congelati, apud Quintum Serenum, cap. 9.

H Y A

Hyacinthinus color, Lege, Color uarius.

Hyacinthizontes, quarta smaragdi species. Plinius lib. 37. cap. 5.

Hyacinthus, Bulbi folijs flos, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 66.

Hyalinus color, Lege, Color uarius.

υαλοειδεις. Lege, *αραχνοειδεις*.

υαλον, adeps suillus. Lucret. in luctu *υαλον* *ωεριχραιοι*.

H Y

H Y B

Hybernus sol, unde sol per hyemem oritur.

ἵβου, qui collum habet obtortum.

ἵβρωσις, morbus posteriora capitis infestās

H Y C

Hycca, Sturio, Manardus lib. 9. epist. 3.

H Y D

Hydatides, id est, uesiculæ aquæ plenæ.

ἵδατις, id est, uesicula, substantia quædam tenuis sub cute palpebræ, præter naturam collecta: de cuius curatione require apud Paulum libro. 6. cap. 14.

Hydatis, Lege, Palpebrarum uitia.

Hyderica corpora, quæ plurimo humore prægrauantur.

Hideros, Erinos, apud Dioscor. lib. 4. c. 32.

Hyderos, Diabetis morbus apud Aecium libro undecimo, cap. 1.

ἵδου, tuber. Lege, Tubera.

ἵδραγωγία, pharmaca aquam prolicientia.

Hydragogos, Vinca peruinca, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 150.

Hydrargyros, siue Hydrargyron, argentū est uiuum.

Hydrastina, syluestris Cannabis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 166.

Hydragora, Lege, Garum.

Hydreleon, oleum cum aqua mixtum.

ἵδρὸκλήνη, aquosus ramex, uel cessantis humoris in scroti aliqua parte collectio. Sice nim interpretatur Gal. in Defini t. nā plura sunt hmōi tumorum genera. Est & alias Hydrocephalon, aquosa humoris, uel sanguinis humidioris collectio, in parte eorū corporum quæ eaput contegunt.

ἵδρὸκέφαλον item uocauit Celsus morbū, ubi humor cutem capitis influūt, eamq; intumescit, & premēti digito cedit, lib. 4. c. 2.

Hydrocephalon, græce *ἵδρὸκέφαλον*, aqua est quæ in medio puerorum pericraneo cōgregatur. Auicēna aquam uocat extra cranium, Abbas apostema intercutaneum.

Hydrocephalus, morbus quidam est appellatus, ab humoris cuiusdā, qui aquosus substantia est, proprietate. Infantibus contingit, cū a partu ipsorum caput imperite ab obstetricibus comprimitur: siue ex incerta causa: siue ex uenæ aut uenarum rptione, cum in segnem quandam substantiam effusus sanguis conuertitur: siue ex rarefactione, cum in aquam euadit materia, & inter cutem & caluarie membranam defer-

H Y

tur. Paulus lib. 6. cap. 3.

Hydrocephalus infans, quomodo ex utero sit extrahendus, uide Paulum libro sexto, capite septuagesimoquarto.

Hydrolapathon, id quod in aquis prouenit Lapathon.

Hydromancia, scientia quæ ex aquis quædā uentura præfagit.

Hydromelon, aliud q; Hydromeli, quomodo fiat, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 23.

Hydromeli, secundum aquæ mulse genus, saporem uini uetustate assequitur: nusquā magis laudatum, q; in Pbrygia, ex imbre quidem puro, & melle. Dioscorides libro quinto, cap. 10.

Hydromphalon, est torpidi humoris constitutio in umbilico. Interdum etiam sub eius tunica continetur.

Hydrōterocele, est intestini delapsus, & torpidi humoris collectio in scroto.

Hydropen, sunt qui urinæ profluuium interpretantur, alia licet ratione, ut Aecius sermone. 1. cap. 1.

Hydrelæum, id est, oleum dilutum.

Hydromalum, ex aqua meleomelle confectio, apud Paulum lib. 3. cap. 30.

Hydrophobi, a canes rabioso demorsi.

ἵδρὸφοβία, miserimū genus morbi, in quo simul æger & siti, & aquæ metu cruciatur.

Hydropiper, apud aquas nascitur quæ stagnant, aut pigro lapsu repunt. Caulem edit angulosum, prædurum, multis alis concuum: folia menthæ maiora, molliora, candidioraq;: gustu piperis acri, citra tamen illam odoris gratiam: fructum acrem in surculis paruis, prope folia racematim coherentem. Non desunt, qui Persicariam Hydropiper esse suspicantur: quanq; folium Persici huic reddatur, unde ei nomen, Hydropiperi uero menthæ, atq; lauri. Est et in folio Persicariæ litura, macule modo inscripta: quæ si fuisset in Hydropipere, fortasse non omisissent autores. Est ergo Persicaria folio Persici, flore candido, spicaceo, gustu acri, semine minuto, caule nodoso, rubenti, longo: quæ sunt omnia Piperi tributa. Liberum tamē sit hic estimantibus iudicium.

ἵδρὸς, aqua intercus, quæ generatur ex corrupti iecoris uitio, uel splenis acucie: aut cū siccati fellis medulla, ut inquit Serenus.

Hydrops, est morbus Anasarca dictus, in quo corpus totum intumescit, & humore

H Y

obluitur. Morbo affectis, pudenda eriguntur, febresq; accidunt.

Hydrops Tympanitis, est in quo plus spiritus, & minus humoris inuenitur. Itaq; si quis pulset, uelut tympanum sonum emittet & edet.

Hydrophobos, formido & pavor aquæ dicitur, in ijs, quos canis in rabie percusserit. Vnde dicti **Hydrophobici**. Vel affectus est ex morfu canis rabiosi cum punctione, tumq; abhorret a potu, & distrahitur & contrahitur corpus. His autem accidunt paracopæ, infaniæ species.

ὑδρορόδιον, aqua rosata.

Hydrorofata, Aqua rosacea.

Hydrofelinon, **Heliofelinon** apud Dioscoridem lib. 3. cap. 73.

ὑδροπικὰ, sudorifica medicamenta.

ὑδύχρον, unguentum *σκευαζόμενον ἐν κῶ*, ut inquit Dioscorides a coloris hilaritate sic dictum, quam præstat inunctum, ut opinor, non quam habet in se: quod uerba sonare uidentur. Idem uidetur esse cum **Amaracino**: nisi quod nomen hoc proprium habet in Co, ubi nobilissimum. Hinc pro uerbis locus: Nihil cum **Amaracino** sui, ut est apud Gellium. Quanquam in **Chiliadibus** suis, **Erasmus Roterodamus** amaricinum legit, non amaracinum. Sed ad rem *ὑδύχρον*, **Andaracoron** uocant Arabes, sed peruerse ac barbare. Ingrediuntur **hydythrum**, ut Græcos sequamur, **asarum**, **amaracus**, **aspalathus**, **carium semen**, **calamus odoratus**, **iunci flos**, **xylobalsamum**, **opobalsamum**, **phu ponticum**, **cynamomum**, **costum**, **myrrha**, **feniculum**, **amomum**, **mastryche**, uinum uetus odoratum, & reliqua id genus.

Hydrotopium Olimpiacū, id est, potus contra rigorem. Et **Olimpiacum** ab autore sic dictum, autor **Nicolaus**.

Hydrus serpens, ex cuius ictu tactus, granis odor excitatur, ut uix ulli prope consistere liceat. Insuper eos quos tangit, obliuione afficit, ac oculos præstringit: deinde in furorem ac rabiem agit, postremo etiam perimit. **Aelianus**, & **Aristoteles**.

H Y E

Hyenæ collum & iuba continuitate spinæ porrigitur, flectiq; circumactu corporis nequit. Multa præterea mira de hoc animali traduntur, **Plin.** lib. 8, cap. 30.

H Y

H Y G

ὑγίεινός, qui omnem sanitatis tuendæ artē profitetur: quemadmodum **Gymnastes**, tantum quæ ad exercitationes pertinent, callet. Quin **Erasisstratus** quoq; ita eum appellauit.

Hygromyra, liquida unguenta, foeminarū auribus expetita.

ὑγρον, humor.

H Y L

ὑλη, σύνδενδρον τοτόος.

H Y M

Hymen, neruosa exilitas intra muliebri pudendum, integritatis argumentum, quam primus conuellit congressus. Dicitur & **Eugeon**.

Hymenon, epanastases, apud **Galenum** in oculis membranarum rebelliones, uel insurrectiones, uel extuberantiæ.

H Y O

ὑώιδες, os quod antiadibus subest: ab literæ imagine. **Hierophilus**, quia assistat antiadibus, **Parastatem** appellauit.

ὑοσκυάμνον ἐλαιον, oleum **hyoscyami**, uel **apollinaris herbæ**. Cerebri motus facit si potetur, quare cauendum.

Hyoscyamus, quæ, sit uide apud **Dioscoridem** libro. 4. cap. 72.

H Y P A

ὑπάγειν. Vide, *λύειν*.

ὑπατίτις, Iecoraria uena.

H Y P E

Hypecoon nascitur in segetibus, aruisq; folijs rutæ, exilibus ramis. **Dioscorides** libro. 4. capite. 71.

ὑψήλατα, lenes quedam ac blandiores purgandi facultatem obtinentes medelæ, uerbi causa, **Mercurialis**, **Polypodium**, **Cnicus**, **semen urticæ**, & id genus pleraq;. **Alexander** libro. 3.

Hypelata. Lege, *ὑψήλατα*.

Hypenemia, oua dicuntur ea, quæ aues aliquot sine coitu masculi prægignunt: latine fortasse, nō inconcinno uocabulo, subuentanea. **Albertus** oua uenti appellat, quoniam qui naturas rerū scrutati sunt, ex uento nasci suspicantur, maxime uero **Zephyro**, uel **Fauonio**, idq; adeo in uere. Id ita habere, nedum ex scriptoribus physiologis, sed experientia ipsi didicimus, in uere anni tricesimi multam ouorum copiam prouenisse in **Alfatia**, in magna frumentorum

& leguminum inopia, imo etiam siccitate, & graminis penuria: non aliunde, quod ex uento orientali & fauonio impregnatae gallinae, accedente simul libidinis imaginatione, etiam plaustra ouorum parturierunt. Quae si quis Zephyria appellarit, non admodum aberrauerit. Id tamen fortasse consistare arbitror, quicquid est huiusmodi ouorum, non solum sterilia esse, & pullos uon edere, sed ne gustu quoque adeo esse suauia, durareque minus. Plinius li. 10. Aristoteles lib. sexto Animalium.

Hypericum, herba. S. Ioannis, describitur a Dioscor. lib. 3. cap. 172. Lege, Perforata.

Hypericon, Ruta syluestris, apud Dioscor. lib. 3. capite. 51.

Hypericum tertium, Coris dicta herba apud Dioscoridem lib. 3. cap. 175.

ὑπερώα, palatum.

ὑπεροχαί dicuntur ea quae ulceribus excrescunt & extuberant.

ὑπερσαρκώματα, carnis superexcrescentiae. ὑπερτραγίλει τῆ ὄσμῃ, pro, admodum subalis foetere, apud Dioscoridem.

H Y P N

Hypnales. Lege, Aspidum genera.

ὑπνώτικα, somnifera sunt, quae scilicet somnum pariunt.

Hypnoticon, Hyoscyamus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 72.

H Y P O

ὑποκάρδιον, Vide, προκάρδιον.

Hypocynipes, Myrti ramuli.

Hypocaustum, idem quod Lucanicum balneum. Lege, Balneae.

ὑποκίρρον, subflauum, id scilicet quod alij subruffum uocant.

ὑποκολοβός, quod decurtata radice est.

ὑποχόνδρια dicuntur, quae nos uocamus Praecordia, facta ex prepositione, & chartilagine nomine, quasi subchartilagia dicas, Ea uoce Plinius lib. 30. cap. 3. significari ait omnia hominis exta. Verba eius sunt, Praecordia uocamus uno nomine, exta in homine. Graeci, quoniam sub chondro, id est sub chartilagine sunt, Hypochondria uocant. Latini sua Praecordiorum uoce, significasse potius uidentur, quod Graeci προκάρδιον dicunt, id est, quod cordi praetenditur. huic enim magis quam illi latina uox respondere uidetur.

Hypochondriacus morbus, Epilepsiae ter-

tia species, quae fit ex melancholia. De qua uide Galenum lib. de locis Affectis, cap. 6. ὑποχλωρόν, subuiride.

Hippochorialis, morbus oculorum in equis, a capitis humore descēdens, & in uno oculo sese primo ostēdens, postea transiens etiam ad alterum. Vegetius lib. 2. cap. 16.

Hypochyma. Lege, Exulcerationis oculorum affectus.

ὑποχύματα diffinierunt esse, pigri cruoris concretionem in cornea tunica, ad oculi pupillam, qua uisus impeditur, aut saltem uidendi perspicua claritas. Addideruntque, fieri frigiditate, aut infirmitate spiritus quo uisus peragitur: ideoque senibus, aut post longam ualitudinem accidere. Fieri etiam ex uiolento uomitu, ictuque, et ob alias causas: differreque ab albuginibus, quas Graeci γλωκώματα dicunt: quod albugines crystallini humoris uitiū sunt, quo mutatur in glaucum colorem humor ille. Suffusionem autem fieri, subeuntibus concretis humoribus, inter corneam & crystallinā: esseque omnes albugines aequae incurabiles, suffusiones contra curabiles, sed non omnes, ideoque curandas antequam inualuerit malum.

ὑπόχυσις, oculorum suffusio.

ὑπογάστριον, quasi submentale, & totum id quod ab umbilico, usque ad pilosos genitalium partes, a Latinis uocatur Pubes. Vide dictionem, κοιλίαν.

ὑπογωγῆς τῆς κοιλίας, subductitium uocatur uentris.

Hypogefon, Aizoum, apud Dioscor. libro 4. cap. 91, quod in subgrundijs fere nascitur.

Hypoglossis, caruncula qua lingua connectitur inferiori parti oris.

Hypoglotides, quibus item lingua coheret uenae inferioris partis oris.

Hypoglundis, Vide, Acetabula.

Hypoglutides, Vide, Acetabula.

ὑπολευκος, subalbidus.

ὑπόνομα ἔλκη, hylcus cuniculosum, quod, si pluribus, transuersisque itineribus quasi canalibus per latitudinem putrescit. Nostri uocant Lepusculum, uel Cuniculum.

ὑπόπιον, circa oculos, & in cornea eius membrana suppuratio est, sic dicta, a πόν, quod significat pus.

Hypopheon, nascitur in segetibus, aruisque, Rutae folijs, exilibus ramis. Dioscorides libro quarto, cap. 71.

Hypophthalmion, Aster, uel Inguinalis apud
Dioscor. lib. 4. cap. 121.

ὑποφθαλμία. Vide, *ὑπόπια*.

ὑπόπια, qui sub oculis contingunt ex percussu liuores, quod *ῥέπια* quidem oculos significant. Quamvis & durior manuum cutis ex labore callosa, nomine dicitur eodem. Autor est Pollux, ossa sub oculis, quibus accumbunt nares, dici quoque *ὑπόπια*, id est, genas, & uoce alia *ὑποφθαλμία*. Vnde & *ὑποπιάζειν*, custodire.

ὑπόπια, uocant sinuosam sub oculis partem.

Hypochysis, idem quod Hyposphagma. Lege, Hyposphagma.

Hypoglossos, acinos fert rubentes, Rusci modo. Dioscor. lib. 4. cap. 133.

Hypopion, Tapfia apud Dioscoridem libro. 4. capite. 159.

Hypoquistidos. Lege, *ὑποκύνσις*.

ὑποκύνσις. Vide, *Myrtaca*.

ὑποσάρκα, *ὑποσαρκίδες*, & *ἀνασάρκα*, omnibus uocibus a carne facta appellatione, quoties toto corpore resoluuntur solide partes in aquae naturam, cum in caeteris in aquam conuersus cibus, inter intestina, & tunicam, quam Peritoneon Graeci uocant, diffundatur. At haec fere, teste Hippocr. incurabilis est.

ὑποσαρκίδις, κατὰ τῶν ἐπὶ σῶμα ἀνάλυσις τῶν σερειῶν σωματῶν εἰς ὕδατος φύσιν. id est, Hyposarcidos hydrops solidorum partium in aquae naturam toto corpore resolutio. Gala. in Isagog. Adstipulatur Aegineta. πάσις τῆς σαρκὸς τῶς σῶματος οἷον ἐξυδαταμένον τικτόμενον ὡς τε λευκὸν καὶ φλεγματώδες τὸ σῶμα φαίνεται νεκρῶ παραπλήσιον. Quae latine sic habent. Fieri hanc hydropem totius corporis acquiescente parte, usque eo ut corpus candido & pituitae colore uideatur cadaueri simile.

Hyposisma, id est, Manna thuris.

Hypospigma, est extra superficiem amoliti simile.

Hyposphagma, uenarum in oculis ruptura ex ictu fere proueniens, ex qua in extrema oculi parte ueluti sanguinis puncta demonstrantur.

ὑποσπασιαίσι, uocantur Paulo Aeginetae, quibus a natali die glans perforata non est, sed sub eo qui uocatur canis, ad finem glandis foramen habent, lib. 6. cad. 54.

Hypospatisther, chirurgicum instrumentum, quo in emendandis oculorum uitijs usi ueteres sunt, alio nomine Spatha dictum, uide Paulum lib. 6. cap. 6.

Hypospathismos, ab instrumento. scilicet cui nomen est hypospatisther, frontis incisio, sic appellata: quae quomodo fieri debeat, require apud Paulum lib. 6. cap. 6.

ὑποσπασμίζω, in umbra mixta exercitatio- nis species.

Hyposphagmata, id est, uenarum ruptiones in oculis, ex ictu, uel plaga, de quibus Paulus lib. 3. cap. 22.

Hyposphatismus, cum reuma multum & calidum per oculos fertur, ac propter uultum rubor apparet.

Hyposphalma ruptio uenae in oculo ex ictu uel plaga procedens, ἀπὸ τοῦ σφάθην.

Hypothemar, quod ab indice ad minimum digiti est spatium.

ὑπότριμμα, obsonium ex dactylis palmarum, et melle, alijsque quibusdam condimentis. Apertius etiam inter genera condimentorum collocat.

ὑποξάνθος, subruffus.

ὑπόζωμα, sub lateribus ipsum subinctum.

H Y R

Hyrudo, id est, sanguisuga, notum animal. Horatius. Non missura cutem nisi plena cruoris hyrudo.

H Y S

Hygginum, herba est, coloris flauis. Interpretes Nicandri. Nec plura.

Hygginus color. Lege, Color uariis.

Hygobron, Marum apud Dioscoridem libro. 3. capite. 47.

Hygspaspidias, est morbus in quo penis subtrahitur.

Hyssopum, dicitur Hyssopus tam neutro, quam foeminino genere, teste Hermolao Barbaro.

ὑσερα, graeci secundas uocant, & omnia quae editum infantem in lucem sequuntur. *χόριον* autem quod ante puerperium tunica & inuolucrum factus sit: ideo sic dictum, quod *χώρημα*, locum scilicet et spatium foetui det: uel quod nutrimentum foetui subministrat: constatque duabus uenis, totidemque arterijs, & quinto, quod *ὄυραχόν* uocant. *ὑσερικὴ*, strangulatus.

ὑσερικὴ πνίξ, matris suffocatio. Sic enim Paulus uocat, *ἐμπνευματῶται γὰρ*, id est, tu-

mescit spiritum ex frigiditate interdum, aut ex δυσκολίας, hoc est, portiois difficultate, ore præfracto, uel etiam θρόμβος φαλασφαυθέντος ἐν αὐτῷ, hoc est, in eo thrombo, siue malis grumum dicere, id est, amplius concreto. Latini non tam uocabulo appellant, sed alij præfociones uuluarum, alij strangulatus, alij ab euentu eius morbi, obmutescens strangulatu uuluarum foeminas dixerunt.

Hystericae mulieres, ab utero suffocatae.

Hysterologia, uteri dolor.

Hystrites, acculeatis horrent pennis: saepe illas iaculi modo emittunt. Aelianus.

I A

Iabyzos, olim myrrhae addebatur, multo preciosior quam myrrha.

Iacha, flos. Vnde & Iachadae coronae, odoris commendatissimi.

Iacobus Psychrista, Medicus. Citatur eius Ceratum ad inflammationes pedum, apud Aetium serm. 12. cap. 43.

ιαμὰ, id est, fanitas.

Ianthinus color. Lege, Color uariis.

Iaron, Dracontium maius, uel Iaros.

Iasione, olus est, ut inquit Theophrast, syluestre, repens in terra, cum lacte multo florem fert candidum. Concilium uocant, singulari folio. Sed ut descriptio tamē, & quasi rudimentum multorum appareat, Plinius inquit, unum tantum habet folium Iasione, sed ita implicitum, ut plura uideantur. Huius flos conceptaculo auersa parte non indiget, sed postrema eius exeunt in angulos, qualis uero oleagineus aspicitur. Stimulat haec herba coitum, lactis ubertatem praestat, phthisicis prodest, infantium illita capiti nutrit capillum. In Plinio tamē pro Iasione, Lassina deprauatum erat.

Iasius scripsit de odoribus: & citatur ab Hermolao Barb. de unguentorum ratione.

ιασώ, ἢ πανάκεια, Aesculapij filia, haud dubium, quin Medicinae quoque perita. Plura de his Aristophanes in Pluto. Sed & Hippocrates in iureiurando, per Panaceam sicut iurat. Per Apollinem medicum, Aesculapium, Hygeam, Panaceamque iuro, caeterosque Deos cunctos, Deasque testor.

Iaspis lapis, apud Dioscoridem libro quinto, capite. 151.

Iatrapeptae sunt, qui latine Plinio reunctores, graece ιατρῶν ἀλείπται.

ιατρονικήν se appellari passus olim Thessalus est, id est, Medicorum omnium autorem. De quo uide Plinium libro uigesimo nono.

I B E

Iberis, graece ἰβερία, siue καρδαμαντική, folia habet nasturcij, uere uirentia, caulem item cubitalem, aut minorem. In incultis nascitur, aestateque lacteum florem promit, quo tempore efficacior est. Radices duas Nasturcio similes habet, calefacientes, & adurentes. Dioscorides libro primo. Plinius libro uigesimo quinto, capite octauo, & libro uigesimo sexto, capite octauo. Officinę Vincetoxicon uocant. Nascitur ubique in Italijs, in parietinis, & incultis. Lege, Cardamum, & Iberis.

Iberis quae sit, lege in dictione Cardamine.

Ibex, pernicitatis mirandae, caprarum genus.

Ibis, Aegyptium animal, Lunę sacrum. Nam ad eius rationem syderis oua fingit, intestinumque eius augetur. Insuper ociose ingreditur, lauticiarum amantissimus, cubile sordibus maculatum abluat. Aelianus.

Ibridam ex sue domestica & apro natum dicimus. Quo nomine Cicero collegam suam C. Antonium perstrinxit.

I C T

Icteriades febris. Lege, Febris.

Ictericus color. Lege, Color uariis.

ικτερικοί, renum uitio laborantes.

ικτερός, a nostratibus, atque item ab Horatio, Plinio, Varrone, & Sereno: a quibusdam Morbus regius. Est autem morbus, cum per totum corpus bilis suffunditur. Quae interdum nigra, interdum flaua est. Sic dictum putat Plinius lib. 30. cap. 3. ab Ictero aue: quae si spectetur, sanari id malum tradunt, auem uero mori. Hanc putant etiam latine uocari Galbulam, & morbum Arquatum, a colore caelestis arcus, teste Nonio. Verba Sereni super hac re adieci, Regius est uero signatus nomine morbus, Molliter quoniam celsa curatur in aula.

Celsus uocat Aurigonem, Acron daemoniacum, comitabilemque. Vel, Icterus, siue Arquatus morbus, est effusio bilis in cutem: tingitur autem corporis superficies felleo colore, & fit quasi uiridis, cuteque male affecta uiriliginis irrepit, atque deiectiones albae defluunt. Galenus de Definitionibus.